



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

§. 1. De Desiderio ad Scientiam Asceticam addiscendam necessario.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

...us est mihi sensus; & invocavi, & venit in me Spiritus Sanctus: & proposui illam regnis & sedibus &c. per hæc etiam verba fat clarè ostendit, se tria præcipuè media adhibuisse ad scientiam comparandam, nempe desiderium, orationem propriam cooperationem; quæ proinde ab iis quoque Scientiam Asceticam bene addiscere cupiunt, adhibenda sunt; quâ ratione autem ea in praxi usurpanda sint, jam ostendetur.

§. I.

De desiderio ad Scientiam Asceticam discendam necessario.

I. Quantopere desiderium, conducatur ad Scientiam Asceticam, ipsamque ad eam perfectionem consequendam iterum Salomon Sap. 6. ostendit dicens: *Concupiscite sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinam. Quia & qua nunquam marcescit Sapientia: & facilius invenitur ab his, qui diligunt eam: & invenitur ab his, qui quærunt eam. Prooccupat, qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat enim illius est verissima disciplina concupiscendum* quidem S. Bernardus adeò verum putavit, ut ep. 113. non dubitaret: *Indefessum proficiens studium, & regnum ad perfectionem perfectio reputatur.* Hinc S. Thomas in 2. 2. q. 175. art. 2. ostendit, quod desiderium non salvari posset: respondit: *Si volueris, salvaberis. Non enim desiderium, inquit S. Augustinus tr. 4. in ep. 113. desiderium est, hic saccus, & quia angustus est, extirpando faciliorem.*

II. Porro ad desiderium hoc excitandum tribus modis mem excitate jure merito possunt, & debent. 1. Per eorum magistrum dignitas & Nobilitas; nam ut rectè S. Ambrosius dicit: *Primus discendi ardor Nobilitas est Magistri: quid magis desiderant filii Christi DE I Filio? Qui ipse S. Brigittæ in libro de v. c. 27. dixit: Quid te delectat audire opera mundi bellorum bella Procerum? & cur tali auditu mani occupari? Non enim omnium Dominus, nullaque delectatio sine me: si desideranda sit. Si cupis audire facta magni Domini: si cupis audire opera magnalia, debes utique audire & considerare*

qua intellectu incomprehensibilia sunt, cogitatu stupenda, & auditu admiranda. 2. Ipsius etiam Scientiæ præstantia, quæ sequenti capite fusiùs demonstrabitur. 3. Auxiliorum ad eandem addiscendam paratorum copia & efficacia, cum enim Deus ardentissimè desideret, hanc scientiam ab Homini- bus addisci, & practicari, hoc ipso etiam paratissimus est ad copiosa auxilia (sine quibus nihil nos posse cognovit) pro hoc sine offerenda.

§. II.

De Oratione ad scientiam Asceticam addiscendam necessaria.

I. Quàm necessaria sit oratio ad hanc scientiam addiscendam, vel ex eo colligitur, quòd, teste S. Jacobo c. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum sit descendens à Patre luminum*; cum ergo Scientia Ascetica utique inter data optima, & dona perfecta numerari mereatur, meritò etiam illa desursum à Patre luminum descendere, adeoque per orationem instanter peti, & efficaciter impetrari debet. Quàmobrem idem Apostolus tam sollicitè monet: *Siquis autem vestrum indiget sapentiâ, postulet à DEO, qui dat omnibus affluenter, & non impropert, & dabitur ei.* Id quod egregie confirmans S. Chrysostomus l. 1. de orando DEO, arbitror, inquit, cunctis esse manifestum, quòd simpliciter impossibile sit absque precationis presidio cum virtute degenerare, cumque hac vita huius cursum peragere. Etenim qui fiat, cuius virtutem quis exerceat, nisi continenter supplicem ad genua accedat ei, qui virtutem omnem largitur Homini. Quam doctrinam adeò certam esse credidit S. Augustinus, ut hom. 40. *Uicere ausus sit: rectè novit vivere, qui rectè novit orare.* Et verò ipsa experientia id ipsum copiosè quoque confirmat, quàm plurimos licet minùs literatos per orationis medium summos in hac scientia progressus fecisse, ut adeò verè pius Asceta l. 3. c. 43. in Persona Christi dixerit; *Ego sum, qui doceo hominem scientiam (Asceticam videlicet, ex contextu patet) & clariorem intelligentiam parvulis tribuo, quam ab Homine possit doceri.* Cui ego loquor, cito sapiens erit, & multum in Spiritu proficiet. *Ego sum, qui hunc mem-*